



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Vel ex pluia, frigore, &c. tempore  
vicissitudine existit, incommodum ab  
hoc officio deterret: immo verò ad illud  
diligentius execendum, prout in  
Domino confidimus, se qualsq; eorum ac  
cedat necessè est; qui salutis sive memo  
rare, huius rei grauitatem eorum quæ cō  
memorata sunt ratione perpèdent; qui  
que aliquādo secum animo reputabunt,  
non solum parochialeam Ecclesiam sibi  
datam esse, in qua primum baptismo su  
cepto Christo Domino renati alij Sa  
cramentis aluntur ad perpetuam salutem;  
sed parochum etiam Sacerdotem sibi lo  
co parentis esse debere, quem diligent,  
colant, atque obseruent; hoc sibi propo  
nentes, illum pro fidelibus sibi commis  
sis apud Deum internuncium ac depre  
catores esse, diuinæ legis interpretētis,  
dispensatorem mysteriorum Dei, Chris  
tianæ vitæ & morum disciplinæ magi  
strum, à quo omne petant pīe recteque  
agendi consilium, ac ministrum deniq;  
omnium ferè, quæ ad salutem eis necel  
faria sunt.

Huic autem nostræ monitioni & si  
omnes pro præcipua sua salutis cura au  
dientes esse debent; in primis tamen pa  
tresfamilias, tutores, curatores, ludi ma  
gistros, cæterosq; aliorum modo rati  
oni curationi præfectos cohortamus,  
diuināq; contestatione admonemus, vt  
de sua & aliorum quoram curam gerāt,  
salute solliciti, primum ipsi hæc nostra  
monita amplectantur; tum illos etiam  
crebris cohortationibus ad illa exequē  
da inflammet; idq; current, vt non sol  
lum Missæ & diuinorū officiorū tempo  
re illi in parochialeam Ecclesiam conue  
niant; verum etiam, vt institutas in ea  
doctrinæ Christianæ scholas præscri  
ptis illis diebus frequentent.

Illud norint præterea vniuersi curæ  
nostræ commissi fideles, pro modo culpe  
nos grauius cum illis acturos esse, qui è  
frequenti ad parochialeam Ecclesiam cō  
uentu cùm tam salutaria in via Domini  
adiumenta habere potuerint; ijs negle  
ctis, contemptoq; eo conuentu, illos cō  
pertum erit; vel ad fidē necessaria igno  
rare, vel statuiciunia non egisse, vel fe  
storum dierum cultum violasse.

Vt autē nostra hæc monitio crebrius

repetita, diligentiusq; emulgata, fidelis  
mentibus animisque insixa hæreat, quod  
studiosius ipsi in illas executionem,  
quemadmodum vehementer in Domi  
no optamus, incumbant; eam commune  
sermone explicatam, de verbo ad ver  
bum à singulis parochis quam spissimè  
populo sibi commissio legi & recitari  
mandamus.

## Decretum. V.

S A C E R D O T E S , & Clerici in Sacerdotes  
& clericis fe  
riores, Dominicis festisq; diebus, qua  
hora in choro diuinis officiis concele  
brandis ad stricti nō sunt parochum in  
tra cuius parochiz fines habitant, in do  
ctrinæ Christianæ scholas cō  
ueniant.

in urbe ad præscriptum eorum, quibus id

cure ab Archiepiscopo datum erit; in

diœcesi autem Vicariorum foraneorum.

Si quis verò pagus aut vicus freques  
tis, ubi ( quoniam ab Ecclesia paro  
chiali distet, ab eoq; nō longè oratoria  
capellæ ) doctrinæ Christianæ schola  
lam Vicarij foranei iudicio erigi expe  
diat; hoc idem Vicarius iubeat, vt il  
lius pagi, seu vici, seu earum capellarum  
Sacerdotes Clericive, id Christianæ do  
ctrinæ scholas adiuuandi munus, quod  
in parochiali Ecclesia illis iniunximus,  
in ipsis capellis oratorijsve statuto tem  
pore præstent.

Si quando præterea in diœcesi per  
pluia vim, niues, aliamve temporis  
grauitatem viæ aut itineris difficultati  
adiunctam, ad eiusmodi scholas in pa  
rochiali Ecclesia qui debent conuenire  
difficilius possunt; illud etiam idem Vi  
carius procuret, vt tunc in oratorijs, vel  
capellis propinquioribus, aut fultem si  
non potest, alio honesto loco, per Cleri  
cum idoneum, seu per alios scholæ sôda  
les in vitæ & doctrinæ Christianæ stu  
dio instructiores, aliqua tum tradendæ,  
tum præcipiendæ eiusmodi doctrinæ  
exercitatio fiat; nō ob ullam causam ita  
tutis diebus hoc institutum, atque pabu  
li spiritualis vius illis desit.

## Decretum. VI.

S I C V T sanctorum imagines san  
cte & decenter exornari postulat Chri  
stianæ pietatis cultus; ita cauendū sum  
moperè

Sanctorum  
imagines de  
center exo  
rnande.

C

moperè

moperè est, ne quod ad ornatum adhibetur, parum conueniat cum illorum sanctitate.

Quare quæcunque indumenta & ornamenti, quoniam genere ea sint, quibus illæ exornantur, eiusmodi sint, ut nihil in ipsis inepti, nihil profani, nihil indecori, nihil denique dishonesti, aut quo fidelium oculique offendit possint, consipiatur, ut etiam Tridentino Concilio sancitum est.

*Sess. 25. dec.  
de Inoc.  
sanct.*

*Compartes  
rudes fidei  
rudimenta  
ante recitat.*

V T Parochio constet, compatres fideli rudimenta non ignorare, cum eos ita rudes Provinciali Concilio, & Synodali decreto illud munus obire vetitum sit; ne quos aliunde iam certo non scit fidei initij instructos esse, ad id officij munerasve prius is adhibeat, quam sibi illi fidei Symbolum, orationem Dominicam, ut veteri Canone iussum est, tum etiam Salutationem Angelicam recitarint: interrogati que de fidei articulis ostenderint, se rerum quas ad salutem necessarias scire vnumquemque fidelem oportet, non titiam habere.

Decretum. VII.

C A V E A T Parochus, Sacerdosve baptizans, ne ad infantem baptizandu<sup>m</sup> alio christiante vtatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est; nisi periculo mortis instant.

*Christina in  
baptismo.*

*Claues ta-  
bernaculi &  
sacerorum o-  
leorum a pa-  
rochó custo-  
diantur.*

T A B E R N A C U L I, ubi sacramentum Corpus Domini affervatur, & amarij item ubi sacra olea statim vasculis inclusa custodiuntur, & fontis item baptinalis claves Parochus diligenter cauteq; apud se custodiatis; ne Clerico qui deinceps ministerio illas vlo modo committat.

*Parochus &  
deles ad fa-  
ceramēta ad-  
hortetur.  
Tit. quæ ad  
ficer. Euch.  
initio. pag.  
92.*

P A R O C H I S cum ad frequenterissimū Sacramentorum usum Parochie sua fideles cohortet, ut Provinciali tertio Concilio sanciuimus; tum crebris monitis illud quod Siluerius P̄t̄ifex Maximus statuit, in consuetudine revocare suadet, ut qui sepius non communicant singulis falcem Dominicis diebus in Quadragesima Corpus Domini sumant; ac præterea diebus Dominicis aduentus.

Decretum. XI.

A D agratum Parochus ipse, nisi in qualetudine, aliave necessaria causa impeditus sit, Corpus Domini deferat. si vero aliquando in hoc ministerio necesse habet alio Sacerdore vti; ne alio vtarit, nisi quem ad confessiones audiendas concessa scriptis facultate Archiepiscopus probauerit, idoneumq; iudicauerit; cum sèpè cōtingat, agrum cui sancissimum Corpus Domini defertur, iterum confiteri velle, propterea quod post perfectam confessionem aliquid commiserit, vel ante commissum recordatus sit.

Decretum. XII.

N E Parochi, Sacerdotesve alij intra Missarum solennia, quidquam quod prò fanū sit, quodq; ad rerum eiusmodi enarrationē attineat, de altari populo pronuncient, aut euulgent.

Decretum. XIII.

Q V O D Provinciali secundo Concilio iussum est, in Missa conuentuali & parochiali, cum Corpus Domini eleuantur, signū sono campanæ dari: in alijs Missis id ita præstetur, ut tunc parvulum tintinnabulum, aut è latere altaris appendum, aut à sacraria allatum, à clericis ministro certis distinctis istib; pulsetur.

Decretum. XIV.

Q V O planius casus nobis reseruatos confessarii Sacerdotes perpetuo non reseruant, cum pro temporum varietate eorum reseruationem à nobis aliquando mutari expediatur; nos præter casus Episcopo canonum iure consuetudine reseruatos, & præter excommunicationes atq; censuras, quæ velâ iure, vel ab homine existunt, quas hoc decreto nobis perpetuo reseruamus; eos tantum casus declaramus nobis reseruatos, quos singulis annis in Synodo, auraliter promulgatis reseruauerimus: ita tamen, ut quæ coram promulgatio proxime facta est, vim habeat quoad altera fieri: & sic itidem perpetuo deinceps.

A quibus casibus & censurisquis confessarius Sacerdos cuiusvis ordinis sine facultate scripta à nobis data aliquem absoluere attenterit, excommunicatio-

nis

*Tintinnabu-  
lum cū cor-  
pus Domini  
eleuantur pal-  
fundum.  
Tit. 2. decte.  
6. pag. 66.*